Utrecht University Library
Partner in Science
Universiteit Utrecht

Tractatus magistri Petri Cameracensis episcopi de duodecim honoribus sancti Joseph nutritoris domini nostri Jhesu Christi.

https://hdl.handle.net/1874/330884

Incipit Tractatus magistri petri Cameracensis
episcopi de duodecim honoribus sancti Joseph
Nutritoris domini nostri ihesu christi.

Si colligam quasi in unum que sparsim
de sancto ioseph euangelica scrip
tura commemorat. inveniemus perfecto
eum multis privilegiis magnis
que laudum preconiis commendatum.
Propter que sancta mater ecclesia solempne festiuita
tis gaudium de eo merito celebrare credenda est.
Igitur iam aggrediamur sancti huius veneranda
honorum insignia. et ea quibus possumus lau
dibus prosequamur. Primus honor.

Primus eius honor est quod ex nobilissima
stirpe regia propagatur. testatur hoc euan
gelista matheus. qui librum generationis ihesu
christi filii dauid. et abraham inchoans. in cuius
semine omnium gentium benedictio promissa est.
Post in medias per matheum prophetarum ac regum
generationes usque ad ioseph progrediendo descri
bit ita concludens. Jacob autem genuit ioseph

virginis marie. de qua natus est filius qui vocatur
xpus. Ornatus enim fuit ioseph. nō vana et ventosa
nobilitate. Nascitur ioseph ex nobili semine.
nō quotidiano. sed ex alto semine regis. nō cuius
cumque. sed ex benedicto semine dauid. illius no
bilissimi filij patriarcharum. prophetarum et etiam
monarcharum. sanctissimi ac beatissimi regum.

Secundus fructus. Secundus honor.

honor est. quod nō solum matris dei. sed etiam
filij dei verus consanguineus appellatur. Cur
hoc dicimus? Quia nascitur ioseph ex semine
dauid. ex quo nascitur maria mater dei regina
celorum. domina angelorum. Ex quo etiam ex maria
nascitur xpus filius dei. rex regum et dominus domi
nantium. Ideoque xpus filius dauid dicitur. quia
filius marie que ex semine dauid nascitur. in
quo xpus maria et ioseph vera consangui
nitate iunguntur. Unde cum lucas euangelista
dixisset. missus est angelus gabriel ad vir
ginem desponsatam viro. cui nomen erat ioseph.
subiungit. de domo dauid. quod nō tantum ad eo

seph. Sed ad mariam pertinet. quia iuxta legis pre
ceptum. ioseph mariam vxorem de domo sua et
familia duxerat. Ideo cristus veraciter ex semine
et consanguinitate dauid natus est. quia incorrup
tam virginem eius veram de stirpe dauid originem
traxit. Tertius honor.

Tertius honor est quod sanctissime virgini
matri dei matrimonialiter desponsatur.
Nam vtramque commemorationem ioseph virum marie.
et mariam sponsam ioseph. sancti euangeliste fuis
se confirmant. Quod ideo dictum est. non quia ioseph
virili more huic sponse carnaliter copulatus.
Sed quia virtuose amore sibi sanctimonialiter iunctus
fuit. fuitque inter eos vere sanctum matrimonium.
licet non extiterit carnali copula consummatum.
O priuilegium singulare. Solus ioseph in tota
domo dauid tantaque familia ad tam sanctum
coniugium dignus eligitur. solus deo comprobante
ydoneus iudicatur. Sed quo signo. quo ve
miraculo. de diuina ipsius electione constiterit.
hic tacendum esse arbitramur. cum et hoc ab euangelio

gelistis taceat. Nos autem non apocrypha. sed
sola hic euangelica testimonia prosequimur.
Quartus honor est, quod Quartus honor
quasi hic sponsus virginitatis titulo de-
coratur. Siquidem iam desponsata fuerat maria
ioseph. quando euangelista teste missus est ange-
lus ad virginem. Cui cum ille diceret. ecce con-
cipies et paries filium. respondisse legitur. quomodo
fiet istud quoniam virum non cognosco. Id est. num-
quam cognoscere propono. Igitur et sponsa erat et
virgo. Et consentiente sponso perpetue vir-
ginitatis propositum observabat. Unde veterum
sanctorum patrum tradit auctoritas. non solum mariam.
sed etiam ioseph apud se disposuisse virgi-
nitatem servare. nisi deus aliter iuberet. consequenter
sic consensisse in coniugalem societatem. ut vt-
terque de altero revelante spiritu sancto intelligeret
quod virginitatem servare vellet nisi deus aliter
inspiraret. Sicut ergo divino consilio in coniu-
galem societatem consenserant. sic virginita-
tem suam ordinationi divine commiserunt.

Et hoc secretum voti virginalis propositum sibi mutuo verbis postea expresserunt. et ambo in virginitate divine inspirationi obediendo permanserunt. O igitur sancta et deo grata virginalis coniugii societas. O quam venerandus est sanctus iste sponsus et virgo. qui sponsam virginem a deo sibi commendatam. venerantem servavit quam postea eo ut creditur mortuo. filius in cruce moriendo. virgo matrem virginem. discipulo virgini commendavit. Qua in re tempus quantum ioseph dilexerit patenter edocuit. dum ad specialem curam custodiamque matris sue. eius discipulum quem plurimum diligebat in mortis sue testamento constitueris. Quintus honor

Quintus honor subrogavit

Quintus honor est. quod non solum ad virginis matris sed etiam ad filii eius obsequia singulariter deputatur. Hec enim una ratio est. quare desponsata maria ioseph. Nam per sanctorum primam traditionem docemur. ultra generales causas coniugii. huius desponsationis quedam cause spe

tiales fuisse dicuntur. videlicet ut dyabolo
partus virgineus celaretur. ut ioseph esset testis
castitatis. defendens eam ab infamia suspitio
nis. ne ut adultera iuxta legem mosaycam
dampnaretur. Postremo quantum ad hoc pertinet
quod loquimur ut non solum mater. sed etiam filius
eiusdem matris et virginis. huius sponsi solatio sus
tentaretur. et obsequio foveretur. Omnia res.
Ioseph suo sustentat et fovet auxilio. cum qui
sustentans et fovens omnia universo presidet mun
do. Nec utique fatendum est non solum dominus puer ihesus
ministerio ioseph. sive in egiptum eundo. sive inde
redeundo transferretur. sed dum toto infancie ac
puericie decursu ab eo paternaliter educatur.
Unde ihesus euangelio teste putabatur filius
ioseph. Non ideo solum quia sponsus erat ma
rie. sed etiam quia sibi omnia paterni amoris signa
et obsequia videbatur prebere. Quamobrem
absque ulla temeritate pia fide credendum
est. sanctum ioseph christum puerum sepe numero suis
tractasse manibus. gestasse brachiis. et multis

nore in suauiter amplexus dulcia oscula sacris
eius labijs impressisse. Unde si in iohanne bap
tista veneramur quod xpm digito monstrauit.
et in iordane lauit. et si in iohanne ewangelis
ta quod in cena supra pectus domini incubuit. val
de in ioseph venerandum est. quod xpm corporaliter
tam sepe tamque familiariter et obsequiose trac
Sextus honor Sextus honor tauit.
est. quod ei tamquam celesti secretario secretum
incarnationis xpi misterium a deo per angelum
reuelatur. Hoc enim prius missus gabriel angelus
iam desponsate virgini nunciauit. Ecce inquit
concipies et paries filium et vocabis nomen eius
ihm. Nec solum humane. sed etiam diuine generationis
arcanum patefecit dicens. Hic erit magnus
et filius altissimi vocabitur. Modum quoque quo ex
ea deus et dei filius non humanitus sed diuinitus
fieret homo. subiunxit. Spiritus sanctus inquit superue
niet in te et virtus altissimi obumbrabit tibi.
Quod enim ex te nascetur sanctum. vocabitur filius dei.
Sed hoc magnum multiplexque secretum. diuinique

misteriū. sponso suo virg° celaueāt. et que
angelo humilit' inserat. ecce ācilla dn̄i fiat
m̄ scd̄m verbū tuū. etiā om̄ia que circa hoc
sp̄us s̄cus fac' disposueāt. humilit' expectabat.
Postea q° ipi sponso ab eodem ut credit' an
gelo xp̄i īcarnatio reuelat'. Vnde euange
lista matheus ita p̄sequit'. Xp̄i aūt gn̄a
tio sic erat. Cū eet desponsata mater ihū
maria ioseph. antequā conuenirent īuenta
ē in utero habens de sp̄u sc̄o. Quam aūt
antequā conuenirent. lucas euāgelista mani
festius aperit dicens. q p°quā discessisset ab
ea angelus exurgens maria abijt ī mōta
na cū festinatiōe in ciuitatē iuda. et intra
uit ī domū zacharie. Hoc ē cūdo ad offi
ciū ī quo ipse zacharias dicit' hitasse. quod
in thiatro cathiarim. p illā ciuitatē veri sili
tudīe fuisse credit'. que ciuitas iuda dicit' ro
cōne tribus cū eet de tribu beniamin. sed ra
cōne regni cui ipa caput fuisse phibet'.
In illa ergo domo maria salutauit eli

zabeth in ventre iohannis. et exultavit infans
in utero eius. Ipsa quoque mariam magno cum
honore suscipiens. eam matrem domini sui et tamen
veraciter prophetavit. et tunc cecinit maria canticum
dicens. Magnificat anima mea dominum. Et exulta
vit spiritus meus in deo salutari meo. Mansit
autem maria cum illa quasi mensibus tribus. O bene
dicta et vere beata societas. non utique ociosa. sed
obsequiosa in dei laudibus et bonis operibus
occupata. Ministrasse enim creditur maria cog
nate sue. usque quo pareret. Unde et in libro
iustorum legitur eam primo de terra natum iohannem
sublevasse. Postea vero reversa est maria in do
mum suam in civitate nazareth. Hoc est ergo
quod matheus predictis omissis breviter ait.
Antequam convenirent. id est postquam maria cum
elizabeth manserat. postquam in domum suam
redierat. antequam ipsa et ioseph qui iudeorum
more desponsati fuerant per aliquot dies an
te cohabitationem assiduam. antequam ipsi conventu
matrimoniali pariter habitaret. antequam simul

coniugalem societatem habent. Vel si placet
expone. antequam conuenirent. idest per carnalem copu
lam cohabitarent. non sic intelligendum est quasi
ita postea hoc modo conuenerint. sed simili locutione
qua de aliquo dici solet. antequam penituerit. mor
te preuentus est. Vel intelligi potest. antequam conue
nirent. idest ante primum tempus quo nuptias
solempnius celebrarent. inuenta est a viro suo
de spiritu sancto in vtero habens. Sed quia hoc de spiritu sancto
esse nondum ipse nouerat. ideo matheus
subiunxit. Joseph autem vir eius cum esset iustus
et nollet eam traducere. idest in coniugem accipere.
qui ad sua ministeria ducere. vel eam publicare. detegere
seu diffamare. voluit occulte dimittere eam.
Hec autem eo cogitante. ecce angelus domini in
sompnis apparuit ei dicens. Joseph fili da
uid noli timere accipere mariam coniugem tuam.
Quod enim in ea natum est. idest iam conceptum. et in
primo nasciturum. de spiritu sancto est. hoc est non
humano sed diuino opere. non virili semine. sed
virtuoso spiritus sancti spiramine incarnatum. Per

evangelus solum huius incarnationis secretum
fuerat per eam humane salutis misterium nunccia
uit. Pariet inquit filium. et vocabis nomen eius
ihesum. Causam vero et interpretationem nominis sub
iunxit. Ipse enim saluum faciet populum suum a pec
catis eorum. Quod cum solius dei proprium sit ihesum
breui verbo. magnum diuinitatis sacramentum.
ihesum videlicet non purum hominem. sed verum deum
esse notauit. Septimus honor

Septimus sancti huius honor est quod ipse
iustus euangelico testimonio comprobatur.
Ioseph inquit vir eius cum esset iustus. Veneran
dum sane de viro marie testimonium. Nichil
tale de ioachim. nichil tale de anna parenti
bus eius euangelium loquitur. licet quod hii iusti et
sancti fuerint a quibus omnis iusticie et sanctitatis ma
ter origo processit. pia fide credendum sit.
Nec parum estimes quod dicit. cum esset iustus. hoc
est enim cum esset fide spe et caritate omnique
bonorum morum virtute. ac omni virtutum honestate
comprobatus. In scripturis enim iusticie nomine.

virtuose vite sanctitas generaliter accipitur. Vel tamen specialiter ex eo iustus dicitur. quia cum per angelo revelante. maria de spiritu sancto concepisse cognosceret. noluit eam traducere. id est in coniugem ducere. Vel ut communis littera habet. noluit eam propalare. sed voluit occulte dimittere eam. Qui locus expositione indiget. Cum esset inquit iustus. Quare iustus? Quia fide iustificatus. Quomodo fide iustificatus? Sicut antiquus pater eius. pater multarum gentium abraham. de quo ait apostolus. Credidit abraham deo. et imputatum est ei ad iusticiam. Joseph ergo iustus fuit. quia fideliter credidit. Sed quid credidit? Non umquam vanas et humanas superstitiones. sed veras et divinas promissiones. que facte fuerant patri suo david. Ideo etiam angelus vocavit eum filium david. ut cognosceret quod promissum fuerat domui patris sui david. Quod promissum? Sane quod de domo sua promissus in lege messias nasceretur. Quomodo nasceretur? Non de

virili semine. sed de sola virgine. Cur hoc cre
didit? Quia deo credidit. cui cum patre suo
dauid dicere potuit. Adhesi testimoniis tu
is domine. Adhesit quippe diuinis testimoniis.
adhesit testibus propheticis. adhesit et credi
dit ysaie prophete. immo verius deo per prophe
tam dicenti. Ecce virgo concipiet et pariet fi
lium. et vocabitur nomen eius emanuel. quod est
interpretatum nobiscum deus. id est inter homines
homo deus. Credidit ergo ioseph xpm deum
et hominem. de domo dauid et de virgine nasci
turum. Qui a fide iustificatus vere iustus vo
catus est. Eadem enim fide iustificamur creden
tes esse factum. quod ille credidit fiendum. Sed
quid est. cum esset iustus. et nollet eam palam e.
voluit occulte dimittere eam? Sane cum ipse
iustus per iusticiam fidei credidit. xpm nas
citurum de virgine quod tamen de hac virgine
nasceretur. non plene credidit. nec tamen penitus
discredidit. sed fuit vtrumque dubius ne pec
caret temeritate leuitatis. Hac igitur

tudine dui [illegible] deliberans cogitauit.
Quid cogitauit? Cogitauit mariam uero
modo aliquo ortam exisse. Cogitauit se de ea
de domo eam uirginem accepisse. et a se etiam
tam eam inter suos iustos uirginem et sanctam cam
stam et inmaculatam seruasse. Non ergo teme
rarie presumebat cogitare eam esse adulterii
culpabilem. quam sic seruauerat innocentem.
Sed hanc rem admirans. quid hoc esset. et unde in uen
tro haberet. et qualiter super hoc deus disponeret.
dubius ignorabat. Ideoque inter hec quasi
mediam eligens uiam. tamquam iustus eam uoluit
dimittere. ne rei incognite consentiendo coram deo
se reum faceret. et tamquam pius eam noluit tradu
lare. idest hoc noluit palam sed occulte facere.
ne innocentem coram hominibus proderet. et si palam
fieret. ut adulteram puniret. Quia ergo ioseph
hec iuste et pie cogitabat. ideo apparitio
ne angelica consolatur. et propositum suum meliori
consilio commutatur. quod omni suspitione adulterii.
omnique dubietate relicta. ipse angelo reue

lante maria de spiritu sancto concepisse statim cre
didit. eamque in coniugem euangelista teste.
sine cunctatione recepit. Exurgens igitur
ioseph a sompno fecit sicut precepit ei an
gelus domini. et accepit coniugem suam. id est eam
que prius sponsa fuerat. in uxorem duxit.
Sicut ergo in ioseph ante reuelationem ange
licam fuit pia iusticia. et iusta pietas. sic post
ea in eo non defuit humilis obedientia et obe
diens humilitas. Dic igitur sancte et iuste ioseph.
quomodo de re tanta. tam noua. tam inaudita. tam
cito firmiter credis. et unico sompnio tam
certitudinaliter acquiescis? Non credo inquis
sompnio sed angelo. Nec tamen angelo exterius
dicenti. sed magis deo interius docenti. et cor
di meo interna reuelatione huius rei certitu
dine confirmanti. Tu ergo exemplo tuo nos
confirma. tu oratione tua nos adiuua. confir
ma in nobis tue certitudinis firmitatem.
adiuua in nobis nostre credulitatis in
firmitatem. Octauus honor.

Octauus honor est. q' xpo nato h' no
me ihus a deo sibi eternali' impositu. et
ab angelo temporalit' reuelatu a sco ioseph
hoibz solepnit' publicat'. Audiam igit' de
xpo nato matheus loquit'. Postq'm enim
dixerat q' ioseph accepit ea coniuge sua.
statim ne crederet eu' p carnale copulam
nederet. subdidit. Et no cognoscebat ea
donec pepit filiu suu pmogenitu. Et vo
cauit nome eius ihm. Vbi et natiuitate
eius de virgine et publicatione nois ei'
i circucisione breuit' isinuat. P hoc eni q'
ait. et no cognoscebat ea donec peperit
filiu suu pmogenitu. xpm de v'gine na
tu fuisse demonstrat. Nec dicit donec pe
pit filiu suu pmogenitu. q' postea ea io
seph cognouerit. aut q' aliu filiu postea
maria pepererit. s; pmogenit' dicit'. id est
an que nullus prior. s; no post que alius
posterior. Nam et an et post talem tale ac
tm partu decuit. vt sponsus virgo tm

sponsa virgine permaneret. Pro hoc vero qd de spo
nato subiungit. Et vocauit nomen eius ihesum.
Huius nois iposicio seu precedentis iam iposicionis
publicatio. non statim post natiuitatem pueri facta
esse credenda est sed octauo die. quo circumcisio secundum
legem mosaicam mandabat. Hec autem que matheus
commemorat breuiter apcius lucas exponit. Ascen
dit autem et ioseph a galilea de ciuitate nazareth.
in iudeam ciuitatem dauid que vocatur bethlehem.
eo quod esset de domo dauid. ut profiteretur cum maria
uxore sua pregnante. idest ut uiri edictum cesa
ris soluendo tributum. se sub dicionem romano impe
rio fateretur. Factum est autem cum essent ibi. impleti sunt
dies ut pareret. Et peperit filium suum primogeni
tum idest unigenitum. In lege enim primogenitum
dicitur omne quod primo aperit vuluam. etiam si nullum
aliud subsequatur. Et eum ergo pannis inuoluit.
et reclinauit in presepio. quia non erat ei locus in
diuersorio. Cum enim pauperes essent. propter frequentiam
multitudinum que ibi conuenerant. nullum propriam commu
hebant. nec in toto loco habitaculum nisi presepium.

ubi sese recipientes diuerterent. O mira xpi et
parentum eius paupertas. et tam ueneranda huius pau
pertatis humilitas. que ab angelis uenerat. a pastori
bus angelo docente uisitatur. a regibus stella ducente
adoratur. Sed hiis omissis ueniam ad id quod de
impositione nominis lucas prosequitur. Postquam inquit
consummati sunt dies octo. ut circumcideret puer.
vocatum est nomen eius ihesus. quod uocatum est ab
angelo. priusquam in utero conciperetur. Prius enim an
conceptionem ipi marie. deinde ante natiuitatem
ipsi ioseph ab angelo dictum est. uocabis nomen
eius ihesum. Postea uero in circumcisione hoc nomen
fuit a parentibus publice et solempniter declaratum.
O salutare nomen. O nomen gaudiosum in quo
magnum salutis gaudium nunciatur. Cuius gau
dium? Sane marie et ioseph gaudium singulare
qui hoc primi ab angelo meruerunt audire qui
hoc primi mundo meruerunt publicare. Sed tamen
non solum eorum fuit hoc gaudium. non solum huius
uel illius hominis. sed tocius humani generis. Non solum
hominum. sed etiam angelorum. dicente angelo ad pastores.

Ecce euangelizo vobis gaudium magnum quod erit omni
populo. quia natus est nobis hodie saluator qui est christus
dominus. Et quia saluator ideo dicitur. quia Ihesus saluator
interpretatur. Nec solum de hoc gaudio exultauit
angelus unus. sed angelorum multitudo laudantium
deum et dicentium. Gloria in excelsis deo. Et in
terra pax hominibus bone voluntatis. Gloria in excelsis.
pax in terris. Gloria in celis deo patri qui glorificatur
per filium. pax in terris hominibus. non omnibus sed hominibus
bone voluntatis. quia talibus pax est cum deo patre per
filium. Hoc igitur gaudium magnum quod angelus euan-
gelizauit pastoribus. sanctus ioseph publice et so-
lempniter omnibus euangelizauit hominibus. Unde non
inmerito eum prothoeuangelistam possumus nominare.
qui inter homines primus nomen euangeliste meruit
optinere. Nouus honor.

Nouus honor eius est. quia ipso presente multa
et magna ac mira nostre fidei misteria declarantur.
Presens enim erat ioseph. quando christus nascebatur. quando
a pastoribus mira de eo dicebantur. Nam tamen ipsi
postquam angelorum claritatem viderant. postquam angelos

vocem audierant. venissent in bethlehem. sicut
lucas refert. invenerunt mariam et ioseph et infan
tem positum in presepio. et mirati sunt de hys que
dicta erant a pastoribus ad ipsos. Cur non mirare
tur. qui eis miranda dei miracula narrabant.
admirabantur. et ideo propter admirationem ceperunt
phylosophari. et divinitus contemplari. Nam ma
ria conservabat omnia verba hec conferens in
corde suo. Et si hoc de maria dicitur. quia hec
omnia contemplabatur profundius. ioseph tamen eadem
pro cordis contemplationem fideliter conservasse
creditur. Presens etiam erat ioseph. quando christus circum
cidebatur. quando innocens sanguis eius fundebatur.
Tunc propter nos christi passio. tunc propter christum iose
ph compassio inchoabatur. Presens erat quando christus
a magis adorabatur. quando ei mystica munera of
ferebant. In quibus trium magorum muneribus sancte
trinitatis fides prefigurabatur. Presens erat quando
christus in templo presentabatur. quando in eo cuncta que
secundum legem moysi fieri debuerant implebantur.
Nam sicut lucas ait. postquam impleti sunt dies

purgationis marie secundum legem moysi. tulerunt
eum parentes eius in iherusalem. ut sisterent eum domino. id est
offerendo presentarent. Et dederunt hostias pro
eo. par turturum aut duos pullos columbarum. Insuper
redemerunt eum quinque siclis argenti. O ingens
humilitas christi a parentibus innocens redimitur. qui
pro parentum et omnium redemptione mundo nascitur.
Et qui legis dominus est. consuetudinibus legis servitutem
subire non veretur. **Decimus honor:**

Decimus honor est. quod habuit sanctus ioseph non
solum veterum. sed etiam novorum prophetarum ora
culis. de hiis que in christo futura erant edocetur.
Refert enim lucas quod cum inducerent puerum ihesum
parentes eius ut facerent secundum consuetudinem legis
pro eo. erat homo in iherusalem cui nomen symeon.
qui cum senex esset. acceperat tamen a spiritu sancto.
non visurum se mortem. nisi prius videret christum
domini. Qui eodem spiritu venit in templum. et acci
piens puerum in ulnas. divinitus cognoscens
eum esse christum. canticum edidit dicens. Nunc dimit
tis servum tuum domine secundum verbum tuum in pace.

P[9]

Et prophetauit de christi passione. ait ad mariam. Et tuam ipsius animam pertransibit gladius. id est passio ipsius. Eadem hora superueniens et anna prophetissa. et loquebatur de illo omnibus qui expectabant redemptionem israel. Et erant pater eius et mater. ioseph scilicet pater eius putatiuus. et uera mater eius maria. mirantes super hiis que dicebantur de illo. per ea tamen que mirabantur. per ea miranda que dicebantur. plus et plus continue docebantur. Undecimus honor.

Undecimus honor est. quod sanctus iste non solum prophetica. sed etiam angelica allocutione sepe familiariter consolatur. Nam quatuor uicibus angelum uerba consolationis ei locutum fuisse euangelio mathei referente legimus. Primo cum de impregnatione uteri uirginalis dubius hesitaret. ad eius consolationem angelus ei in sompnis apparuit dicens. Noli timere accipere coniugem tuam. Deinde cum ob persecutionem herodis angelus eum consolans. iterum in sompnis apparens ait. Surge et accipe puerum et matrem eius. et fuge in egyptum. et esto ibi usque dum dicam tibi. Fuit in

est enī. ut herodes q̄rat puerū ad pdendū eū.
Dmina rex. xp̄us fugit q aliorū refugiū est.
Sed q fugit nō timoris e. s3 significationis. ut
mēbris suis exemplū fugiendi daret sic eos
i euāgelio doceret. Si vos psecuti fuerīt i u
na ciuitate. fugite i aliam. Tercio cū admo
nitionē angeli ioseph fugisset i egiptū. et
ibi p septēniū remansisset. rursū i sopnis
ei ab angelo dictū est. Surge et accipe puer
et matrem eius et vade i terram isrl'. defuncti
enī sunt qui querebant aiam pueri. Postmo
dū defuncto herode de egipto venisset i terrā
isrl'. audiēs q archelaus regnaret in iudea
pro herode patre suo. timuit illo ire. Et amo
nitus i sopnis secessit in ptes galilee. Et
veniēs habitauit i ciuitate q̄ vocat̄ na
zareth. Ex quib3 liquet q̄tus amoris ze
lus. q̄taq3 prouisionis ac diligētie cura
fuit sco ioseph erga puerū ihm. Cuius ei
custodia sic diuinitus spālit̄ cōmissa ē.
ut de hiis que erga deū gerenda erant. nō

ad mariam sed ad ioseph deus per angelum toties
loqueretur. Sed quare angelus qui marie
vigilando apparuit. ipsi ioseph semper in
sompnis apparuisse legitur. Sane hoc con
uenienter fieri potuit et debuit. ut quia ioseph
circa impregnationem virginis quadam dubie
tate animi velut in sompno quodam spirituali
prius oppressus fuerat. ideo non manifesta
et diuina. sed occulta et nocturna visione ei
angelus appareret. Ubi etiam potestas ange
li apparentis ostendit. qui quando et quomodo
voluit. se videndum exhibuit. xij honor

Duodecimus honor est. quod non solum dei
genitrix. non solum regina celorum et domina an
gelorum. sed etiam dei filius rex et dominus omnium.
cui omne genu flectitur celestium terrestrium et
infernorum. huic sancto ioseph humiliter obediendo
subiacet. de qua subiectionis obedientia et
obedientie humilitate lucas euangelista ita
scribit. Puer inquit crescebat et confortaba
tur plenus sapientia. et gratia dei erat cum

illo. Res noua. Iam erat in puero sapientie
plenitudo. Cur ita? Quia gratia dei. pre modis
qui caritas est et gratia. per superhabundantem et
singularem plenitudinem erat cum illo. Et ibant
inquit parentes eius per omnes annos in ihrlm in
solempni die pasche. Et cum factus esset ihesus
annorum duodecim. ascendentibus illis iheroso
limam. dum inde redirent. remansit ibi puer
ihesus. et non cognouerunt parentes eius. Existi
mantes autem illum in comitatu esse. qui eos tamquam
humilis obediens et subditus sequi consueue
rat. venerunt iter diei et requirebant eum inter
cognatos et notos. Et non inuenientes regressi
sunt in ihrlm. ubi post triduum inuenerunt illum
in medio doctorum audientem illos et interro
gantem. Quid mirum si puer ihesus ut doctor
sapientie in medio doctorum sedebat. qui iam
sapientia plenus erat? Stupebant autem omnes
qui eum audiebant super prudentia et responsis
eius. Et uidentes admirati sunt. Et dixit
mater eius ad illum. Fili quid fecisti nobis sic?

Ecce pater tuus et ego dolentes querebamus
te. Ubi dei matris se subditum et ioseph humili-
ter insinuavit. dum eum honorando patrem eius nomi-
nat. eumque nominando sibi reverentiam prebuit. Et
te inquit pater tuus et ego. Et respondens ihesus
non eam solum. sed etiam ioseph alloquitur dicens.
Nesciebatis quia in hiis que patris mei sunt
oportet me esse. Cuius patris? Non utique patris
terreni. sed eius cui dicit. Pater noster qui es in celis.
Cuius ipse filius erat. non per temporalem creatio-
nem. sicut homines singuli. nec solum per spiritua-
lem adoptionem. sicut homines sancti. sed per eter-
nalem generationem. qualiter nulli alii. sed solus
christus singulariter dicitur filius dei. de quo ait.
Nesciebatis quia in hiis que patris mei sunt oportet
me esse. Non utique patris mei ioseph qui non est
pater meus verus sed putativus. sed in hiis que sunt
dei patris. qui est solus et verus pater meus. D
altum misterium. et nondum tunc plene hominibus
explicatum. Unde sequitur. Et ipsi non intellexerunt
verbum quod locutus est ad illos. Quod verbum;

Illud sane quod iam premisimus. In quo ut tetigi
mus tempus divine sue generationis. et eterne ema
nationis. et per consequens sancte trinitatis archa
num verbo suo scilicet obscuro voluit innuere. Hoc
tamen verbum sicut et alia verba maria contempla
batur profundius. Ideo subditur. quod ipsa conservabat
omnia verba hec conferens in corde suo. Confe
rebat verba vocalia que dicta erant de verbo
eterno. conferebat verba que audierat de suo
et eterni patris filio. De hoc ergo tam excelso
et tam excelsi patris filio audiamus quod sequitur.
Et descendit inquit cum illis et venit nazareth.
et erat subditus eis. Quid est hoc? Quibus
erat subditus. deus et dei filius? Utique ioseph
et marie parentibus eius. et principaliter ipsi
sancto ioseph. cui etiam maria tamquam uxor
humilis subdebatur. Vere humiliter viro suo sub
dita et obediens fuit. que omnibus uxoribus vino
vibus virginibus exemplum humilitatis prebuit.
quoniam omnis uniuscuiusque status mulieres humilitate
precessit. que deo humilitate magis quam virgi

tate q̃ alia ṽtute placuit. ipa dicente. q̃ humilit̃
omnibȝ p̃ferente. q2 respexit dn̄s humilitatem
ancille sue. ecce enī ex hoc btām me dicet oēs
generationes. Non solū ergo maria. s̃z etiā ilis
filius eius sancto ioseph humilit̃ subdit̃. Omni
et stupenda nouitas. o noua et miranda h̃
humilitas. Subdit̃ seruo dn̄s. humiliat̃
homini deus. subdit̃. et humiliat̃. seruo puo ꝛ
humili magnus dn̄s ꝛ deus omps. Nō tm̄
i forma dei. sed in forma hominis. p̃sus sim
ut aplius ait. formā serui accipiens. Et me
rito mire nate xp̄us sc̄dm hoīem ipi ioseph
subdit̃. a quo xp̄us homo pascit̃. a quo sibi
humane vite necia ministrant̃. Sz vm ministrat̃
pfecto de labore manuū ioseph. Credim
mariā ꝛ ioseph paupes fuisse. nō tm̄ legi
eos aliquā mendicasse. Ideo cōcludim suā
ꝛ xp̄i paupem vitā. ꝓprio labore manuū
sustentasse. ut illam ptīs sudando ꝓpheti
cā btitudinē mererent̃. labores manuū
tuarū q2 mãducabis. btūs es ꝛ bn̄ t̃ erit.

[V]ad mirandum prodigium. Et labore ioseph ille
pascitur. qui sua virtute esurientes reficit. Et la
bore ioseph ille vita nutritur. qui suo labore
nutriat omnibus vitam. Et labore ioseph ille
terreno pane reficitur. qui in celo sine esurie semper
viuens ait. Ego sum panis qui de celo des
cendit. Et ideo quia de celo descendit. ideo in
terra pascitur. et a sancto ioseph terreno labore
sustentatur. Sed quo labore. Hoc sane in e
uangelio expresse non legitur. sed ex hoc innuitur
quod matheus recitat. quod cum venisset ihesus in pa
triam suam. et doceret in synagogis. iudei ad
mirantes dicebant. Unde huic sapientia et virtu
tes? Nonne hic est fabri filius? Vel ut lu
cas narrat. nonne hic est faber et filius marie?
Et hoc datur intelligi ioseph fabrum fuisse.
et fabrili opere laborasse. ac ideo iudeos christum
fabrum sicut et patrem suum putatiuum estimasse.
Unde et propter hoc scandalizabantur in eo.
Ihesus autem dixit eis. Non est propheta sine honore.
nisi in patria sua. Et non fecit ibi virtutes multas.

propter incredulitatem eorum. O pressa iudeorum
credulitas. o magna incredulorum cecitas. Qui
verbis et factis. quem virtutibus et miraculis xpm
esse cognoscunt. ob generis notitiam. et parenta
lis originis paupertatem contempnunt. et eum vo
cantes fabrum et fabri filium superbe despiciunt.
Non tamen absque misterio. xpus faber et fabri fi
lius dici voluit. et hoc ab euangelistis scribi
ri. Non utique illius fabri quem putabant illi. sed
dei fabricatoris omnium. cuius diuine propagationis
spiritualem originem. carnales iudei ignorabant.
Ideo humane generationis carnalem prosapiam so
lum cogitantes. nec tamen satis et ut dignum
erat considerantes. xpm ignobilem imputabant.
Non sic autem nos. sed in xpo diuine et humane
originis nobilitatem cognoscentes. et in eo pa
rentes eius. et eum in suis parentibus veneramur.
Ad xpi ergo venerationem et sanctissime virginis
matris eius. simulque sanctissimi ioseph. qui ambobus
proximus fuit in hac mortali vita multiplici
familiaritate et familiari societate coniunctus.

et nunc in vita eterna est eis mirabili iocundi-
tate. et iocunda felicitate consocians. nos predic-
ta laudum honorumque preconia. eorum adiuti me-
ritis perscrutati sumus. et ex hiis que de eo sparsim
in euangeliis scripta sunt prenotatos duodecim
honorum titulos collegimus. ex quibus sanctus iste
quasi corona stellarum duodecim. seu totidem preciosorum
lapidum honoratus fulget in terris. et in celis
titulat coronatus. Unde quia scriptum est. hoc honore dig-
nus est quem rex voluerit honorare. dignum arbi-
tramur eum ab hominibus valde honorandum. et
magna veneratione venerandumque celebritate
ac celebri festivitate colendum. quem rex regum
tot honorum insigniis voluit extollere. Sed cur
iste sanctus tantum meruit honorari. Sane quia mul-
tum voluit humiliari. Sic enim in eo impletum est
illud quod christus ait. qui se humiliat exaltabitur.
Et illud quod mater eius maria cecinit. Deposu-
it potentes de sede. et exaltavit humiles. Hoc
namque beata illa virgo non solum de seipsa. sed etiam
de beato sponso suo specialiter dixisse credenda est.

quē deus cū ea licet nō eque singlarit͛ tū val
de sublimit͛ exaltauit. Vn̄ ſetū illud canti
cū merito decātare potuit. Magnificat aīa
mea dn̄m. Et exultauit spūs meus ī deo
salutari meo. Quia respexit hūilitatem. nō
solū ancille sue. ſꝫ etiā serui sui. ecce enī ex
hoc btām me dicent om̄s gn̄ationes. Quia
fecit m̄ dn̄s magna. Quo magna? Quia
inq̄t me mirifice magnificauit. & magnifi
ce augmētauit. Et ideo nomē ioseph intp̄
tat͛ augmētū. quia ipē ꝑuus & hūilis. de
magna et sublimi domo dauid. de ꝑuo
magnus. et de hūili sublimis fi͛ meruit.
Et ꝑ hūilitatē q̄ est v͛tutū oīm firmamētū.
augmētū grē & glorie ꝯsequi dignus fuit.
O magna frē hūilitatis merita. o magna
diuine largitatis munera. O q̄ vere dicē po
tuit fr̄is ioseph. q͛ fecit m̄ dn̄s magna. Se
quare fecit? Quia inq̄t potens ē. & sēm no
men eius. Ac si diceret. Non ex me. ſꝫ ex se fe
cit. Nō ex mea. ſꝫ ex sua ptāte. Nō ex mea.

ker sua pietate. hec magnalia fecit. Nec aliūde fecit. nisi q̄ potuit ⁊ voluit. Potuit sūma ptāte. q̄ inq̄t potens ē. Et ēo singularit̄ potens. q̄ solus omipt. Voluit sūma pietate. q̄ scm̄ nomē eiꝰ. Cuius eius? Illius de quo dicit̄. Vocatū ē nomen eius ihūs. Et quia ihūs. ideo pius. Sola enī ⁊ sūma pietate fi voluit nobis ihūs. Dicit̄ sanctū nomē eius. q̄a inter plurima scā dei noīa. vē spalit̄ scm̄ ē nomē ihūs. Nomē in se scm̄. ⁊ in nobis scīficatū. Nomē de quo dicē possum̄ scīficet no mē tuū. Nomē de quo ipemet ait. Quod ꝗ peticitis prēm ī nomīe meo fiet vob̄. Quia ergo ī te et ꝑ te o potentissīē et piissime ihū. fecit dn̄s magna scō suo ioseph. ideo te magnificaē decet. ⁊ ad laudem tui noīs huc tractatū in huiusmodi orationis verba finire. Oratio bona.

Dn̄e ihū xp̄e eternalit̄ d̄s de deo ⁊ ineffabili humilitate tēporalit̄ homo

factus de virgie. qui sctm̄ ioseph bte marie
matris tue. virginē virgini desponsari et
humilem humilē sociari voluisti. et eum p̄
no magnū. de humili excelsū in mīs virtu
tibz et magnis honoribz augmētatū mi
rabilit̄ sublimasti. Da nobis q̄sumus.
eius exemplo meritis et precibz cū cordis
et corporis mūdicia. verā humilitatis v̄tutē.
nobisq; in humilitate fundatis da fidei
spei et caritatis omniūq; v̄tutū augmē
tum. ut p̄ virtuosa merita. gloriosa sem
p̄mia consequi valeamus. Qui cū patre et
spū sancto viuis et regnas d. p. oīa s. sclor. A.

Orō bona ad sanctum ioseph:

Ave sancte et venerabilis pr̄ ioseph
fili dauid. cuius iusticie laudē sacrū testat̄
euāgeliū. q̄ sponsus et custos castissime
virginis marie mr̄is filij dei. et eiusdē filij
nutricius eē meruisti. cui incta et occulta
sapiē sue deus manifestauit. cui datū est
nō ignarū eē misterij qḋ nemo principum

hunc seculi agnouit. cui denique datum est quod
multi reges et prophete cum vellent videre non vi
derunt. et audire non audierunt. non solum vide
re et audire sed etiam portare deducere amplecti
deosculari nutrire et custodire. Per hec igitur
maxima privilegia quibus a deo honoratus
es. rogo te ut mei peccatoris misertus intercede
digneris pro me ad filium dei ut meorum ... beni
dicta ... temporum gratiam invenia(m) quatenus ... ncedat et in hoc tempore
peregrinationis mee sic perficere ac dirigere me
valeam et post huius vite cursum ad veram
vitam cum sanctis omnibus perpetuo regnaturus
perveniam. Quod michi sua miseratione meritisque
sue ac tua intercessione ipse dei filius pres
tare dignetur. Qui cum patre et spiritu sancto vivit
et regnat deus per omnia secula seculorum. Amen.

Deo gratias

liber canonicorum regularium in tiecto

¶ Tractatus magistri petri Cameracensis episcopi de duodecim honoribus sancti Joseph.

¶ Omelia sancti Johannis episcopi Constantinopolitani de superscriptione psalmi quinquagesimi .s. Miserere mei deus.

¶ Augustinus de virtute sancte continentie